

81-1-31

València
tòrica

10

4-17
86

A-113
28

~~88-1-84~~

V
2390

EXORCISMI
CONTRA LOCUSTAS,
& animalia corrosiua.

Editi auctoritate Illustriss. & Excellentiss.
D. D. Iohannis a Ribera Patriarchæ
Antiocheni, Archiepiscopi
Valentini.



VALENTIÆ,

Apud Petrum Patricium. 1607.



Leuit. 26.

SI in præceptis meis ambulaueritis, & mā data custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias tēporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem: & comedetis panem vestrum in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris. Dormietis, & non erit, qui exterreat, auferā malas bestias, & gladius non transibit terminos vestros.

IOHANNES DE RIBE-
ra Patriarcha Antiochenus,
Archiep. Valentinus, animarum
curam gerentibus Salutem
in Domino.

QUIA nuper ad nos delatum
est, eruginem, rubiginem, ver-
mes, locustas, & plurimum
corrosiuorum animalium genera fructi-
bus, ac prouentibus terrae, magno om-
nium detrimento, nocere vineis praeser-
tim, quarum bonam partem ager diaece-
sis, & Archiepiscopatus nostri continet:
quae consequenter adimunt fructus terrae,
maxime necessarios vitae humanae, &
victui quotidiano, adeo ut breui tempo-
re ad nos plerique omnes accurrerint
postulantes ut tantis malis medicinam
faceremus, Nos, quibus commissa est

A 2

cura

curā huius diocesis, & Archiepiscopa-
tus Valentini, considerantes iustam
esse hanc petitionem, & desiderantes
quantum in nobis est, his malis præsenti-
ssimis occurrere. Sciētes præterea, præ-
decessorū nostrorum in hoc Archiepi-
scopatu memoria, quas dā precum for-
mulas traditas fuisse pastoribus, &
animarū curam gerētibus, quibus vte-
rentur in huiusmodi occurrentibus ne-
cessitatibus, denuo easdem preces, &
precaationes à nobis examinatas, volui-
mus in omnium bonū, & utilitatem re-
cudi. quas præcipimus à vobis, seu quo-
cumq; vestrū adhiberi, & deuote quā-
tum in vobis erit recitari. quin etiā de-
cernimus, vt quæcūque eo instituto in
hac breui formula orationis statuta
sunt, accurate, & diligēter obseruetis;
missas

missas celebretis; pompas, siue proces-
siones ducatis, monentes populum, &
fideles utriusq; sexus, ut his assistant.
Deumq; fortasse iratum sibi, & aliis
concilient, deprecanturq; ut dignetur
fructus, & prouentus terræ conserua-
re à dānis, quæ inferunt erugo, rubigo,
vermes, & quæcūque noxia, & corro-
siva animalia, ut his tēporalibus sub-
sidiis Christianus populus adiutus, sine
quibus vita hæc non potest transigi,
quæ spiritualia sunt, & ad æterna cō-
ducunt, liberius exequatur. Atque ut
vobis magis innotescat pro varietate
temporis, & necessitate occurrente,
quibus valeant accōmodari preces tra-
ditæ, indicē adiunximus huic depre-
catorię formulæ, ut intelligatis, quæ
præcipue sint infesta fructibus terræ,

pro quibus depellendis vobis orandum
sit: tum etiam quando ingruerit neces-
sitas (quod Deus auertat) præscriptas
habeatis ad Deum preces: quas desi-
deramus à vobis tanta animi puritate
& integritate persolui, quantã Deus
à vobis postulat, vt desiderata conce-
dat. Ex Archiepiscopali nostro Pa-
latio, Kal. April. M DC VII.



EXOR.

EXORCISMVS

1

contra locustas, & animalia
corrosiua.

Sacerdos indutus sacris vestibus
& pluuiiali cum Clet. qui inter-
fuerit, dicat flexis genibus coram
altari psalmos sequentes.

Psalm. 84.

Benedixisti Domine terram
tuam: auertisti captiuita-
tem Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ:
operuisti omnia peccata eorū.

Mitigasti omnē iram tuam: auer-
tisti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos Deus salutaris no-
ster: & auerte iram tuā à nobis.

Numquid in æternū irasceris no-
bis?

A 4

bis?

bis? aut extends iram tuam à
generatione in generationem?

Deus tu cōuersus uiuificabis nos:
& plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis Domine miseri-
cordiam ^{te} tuam: & salutare tuum
da nobis.

Audiā quid loquatur in me Do-
minus Deus: quoniam loque-
tur pacem in plebem suam:

Et super sanctos suos: & in eos,
qui conuertuntur ad cor.

Veruntamen prope timētes eum
salutare ipsius: vt inhabitet glo-
ria in terra nostra.

Misericordia, & veritas obuia-
uerunt sibi: iustitia & pax oscu-
laræ sunt.

Veritas de terra orta est: & iusti-
tia

2
tia de coelo prospexit.

Etenim, Dominus dabit benigni-
tatem: & terra nostra dabit fru-
ctum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: &
ponet in via gressus suos.

Psalm. 85.

Inclina Domine aurem tuam,
& exaudi me: quoniam inops
& pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam
sanctus sum: saluum fac seruum
tuum, Deus meus, sperantem
in te.

Miserere mei Domine: quoniam
ad te clamaui tota die: lætifica
animam serui tui: quoniam ad
te animam meam leuaui.

Quoniam tu Domine suavis, &

A 5 mi-

mitis : & multæ misericordiæ
omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe Domine ora-
tionem meam : & intende voci
deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clama-
ui ad te : quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis Do-
mine : & non est secundū ope-
ra tua.

Omnes gentes quascumque feci-
sti, venient, & adorabūt coram
te Domine : & glorificabunt
nomen tuum.

Quoniā magnus es tu, & faciens
mirabilia : tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua, &
ingrediar in veritate tua : late-
tur cor meum, vt timeat no-
men

men tuum.

Confitebor tibi Domine Deus
meus in toto corde meo, & glo
rificabo nomē tuum in æternū.

Quia misericordia tua magna est
super me, & eruisti animam
meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super
me, & synagoga potentiū qua
sierunt animam meam: &
non proposuerunt te in cōspe
ctu suo.

Et tu Domine Deus miserator &
misericors, patiens, & multæ
misericordiæ, & verax.

Respice in me, & miserere mei, da
imperium tuum puero tuo, &
saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecū signum in bonum, vt
videant

videant qui oderunt me, &
confundantur: quoniā tu Do-
mine audiuiſti me, & conſo-
latus es me.

Psal. 43.

DEus auribus nostris audi-
uimus: patres nostri annū-
ciauerunt nobis.

Opus, quod operatus es in diebus
eorum: & in diebus antiquis.

Manus tua gentes disperdidit, &
plātaſti eos: afflixisti populos,
& expulisti eos:

Nec enim in gladio suo possede-
runt terram, & brachium eo-
rum non saluauit eos.

Sed dextera tua & brachiū tuum,
& illuminatio vultus tui: quo-
niam complacuiſti in eis.

Tu es

4
Tu es ipse Rex meus & Deus
meus: qui madas salutes Iacob.

In te inimicos nostros ventilabi-
mus cornu, & in nomine tuo
spernemus insurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo: & gladius
meus non saluabit me.

Saluasti enim nos de affligenti-
bus nos: & odientes nos con-
fudisti.

In Deo laudabimur tota die: & in
nomine tuo confitebimur in
saeculum.

Nunc autem repulisti & confu-
disti nos: & non egredieris Deus
in virtutibus nostris.

Auertisti nos retrorsum post ini-
micos nostros: & qui oderunt
nos diripiebant sibi.

Dedi-

Dedisti nos tanquã oues escarũ:
& in gentibus dispersisti nos.

Vendidisti populum tuum sine
pretio: & non fuit multitudo
in commutationibus eorum.

Posuiti nos opprobrium vicinis
nostris, sublannationem & de-
risum, his qui sunt in circuitu
nostro.

Posuiti nos in similitudinẽ Gen-
tibus, commotionẽ capitis in
populis.

Tota die verecundia mea contra
me est, & confusio faciei meæ
cooperuit me.

A voce exprobrãtis, & obloquen-
tis: à facie inimici, & perse-
quentis.

Hæc omnia venerunt super nos,
nec

nec obliti sumus te: & inique non egimus in testamēto tuo.

Et nō recessit retro cor nostrum, & declinasti semitas nostras à via tua.

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis.

Si obliti sumus nomen Dei nostri, & si expandimus manus nostras ad Deum alienum:

Nonne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis.

Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis.

Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finē.

Quare faciem tuam auertis, obliuiscere.

uisceris inopiæ nostræ: & tribulationis nostræ?

Quoniam humiliata est in puluere anima nostra: conglutinatus est in terra venter noster.

Exurge Domine, adiuua nos: & redime nos propter nomē tuū.

Psalm. 79.

Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ouem Ioseph.

Qui sedes super Cherubim, manifestare coram Ephraim, Benjamin, & Manasse.

Excita potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos.

Deus conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

Domine Deus virtutū, quousque irasce:

irascaris super orationem serui
tui?

Cibabis nos pane lacrymarum: &
potum dabis nobis in lacrymis
in mensura?

Posuisti nos in contradictionem
vicinis nostris: & inimici nostri
subsannauerunt nos.

Deus virtutum conuerte nos: &
ostende faciem tuam: & salui
erimus.

Vineam de Aegypto transtulisti:
eiecisti Gētes, & plantasti eam.

Dux itineris fuisti in conspectu
eius: plantasti radices eius, & im-
pleuit terram.

Operuit montes vmbra eius: &
arbusta eius cedros Dei.

Extendit palmites suos vsque ad

B mare:

mare: & vsque ad flumen pro-
pagines eius.

Vt quid destruxisti maceriam eius:
& vindemiant eam omnes, qui
pratergrediuntur viam?

Exterminauit eam aper de silua:
& singularis ferus depastus est
eam.

Deus virtutum conuertere: respi-
ce de caelo, & vide, & visita vi-
neam istam.

Et perfice eam, quam plantauit
dextera tua: & super filium ho-
minis, quem confirmasti tibi.

Incensa igni, & suffossa ab increpa-
tione vultui peribunt.

Fiat manus tua super virum dex-
terae tuae: & super filium homi-
nis, quem confirmasti tibi.

Et

Et non discedimus à te, viuifica-
bis nos: & nomen tuum inuo-
cabimus.

Domine Deus virtutum conuer-
te nos: & ostende faciem tuam,
& salui erimus.

Psalm. 57.

Si vere utique iustitiam loqui-
mini: recta iudicate filii ho-
minum.

Etenim in corde iniquitates ope-
ramini: in terra iniustitias ma-
nus vestræ concinnant.

Alienati sunt peccatores à vulua,
errauerunt ab utero: locuti sunt
falsa.

Furor illis secundum similitudi-
nem serpentis: sicut aspidis sur-
dæ, & obturantis aures suas.

B 2

Quæ

Quæ non exaudiet vocem incantantium: & venefici incantantis sapienter.

Deus conteret dentes eorū in ore ipsorum: molas leonū confringet Dominus.

Ad nihilum deueniēt tamquam aqua decurrēs: intendit arcum suum donec infirmentur.

Sicut cera, quæ fluit, auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem:

Priusquam intelligerēt spinæ vestræ rhamnum: sicut viuentes, sic in ira absorbet eos.

Latabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

Et dicet homo: Si utique est fructus
Etus

Et iusto: utique est Deus iudicans eos in terra.

Psalm. 26.

Dominus illuminatio mea; & salus mea, quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?

Dum appropriat super me nocentes, ut edant carnes meas:

Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

Si consistat adversum me castra; non timebit cor meum.

Si exurgat adversum me praelium, in hoc ego sperabo.

Vnam petii à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Dñi omnibus diebus vitæ meæ:

B 3

Vc

Vt videam voluptatem Domini,
& visitem templum eius.

Quoniam abscondit me in taber-
naculo suo: in die malorū pro-
textit me in abscondito taberna-
culi sui.

In petra exaltauit me: & nūc exal-
tauit caput meum super inimi-
cos meos.

Circuiui, & immolauit in Taber-
naculo eius hostiā vociferatio-
nis: cantabo, & Psalmū dicam
Domino.

Exaudi Domine vocem meā, qua
clamaui ad te: miserere mei, &
exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit
te facies mea: faciem tuam Do-
mine requiram.

Ne

9.
Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira à seruo tuo.

Adiutor meus esto: ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in semitā rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini in terra uiuentium.

Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & iu-

B 4

stine

stine Dominum.

Psalm. 148.

Laudate Dominum de cæ-
lis: laudate eū in excelsis.

Laudate eum omnes An-
geli eius: laudate eū omnes vir-
tutes eius.

Laudate eum sol, & luna: laudate
eum omnes stellæ, & lumen.

Laudate eum cæli cælorum: &
aquæ omnes, quæ super cælos
sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse
mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæcu-
lum sæculi: præceptum posuit,
& non præteribit.

Laudate Dominum de terra, dra-
cones, & omnes abyssi.

Ignis

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius:

Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestia, & vniuersa pecora: serpentes, & volucres pennatæ:

Reges terræ, & oēs populi: principes, & omnes iudices terræ.

Iuvenes, & virgines: senes cum iunioribus laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super cælum, & terram: & exaltauit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius: filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

B 5

Finitis

Finitis Psalmis sacerdos celebra-
turus induat se planeta, & dicat
tres missas, prima missa sit de
sanctissima Trinitate, ut in Missa-
li, cum collecta de beata Maria pro
temporis varietate, & tertia col-
lecta de beato Gregorio Episcopo
Hostiensi, ut sequitur.

Oratio.

DEus, qui beato Gregorio
Cōfessori tuo atq; Ponti-
fici cōtra (*locustarū pestem*)
specialem gratiā contulisti: con-
cede propitius, ut qui tua beneficia
deuotè poscimus, eius meritis &
precibus à corrosione ipsarum, &
quarumcunq; pestium in fructi-
bus nostris misericorditer libe-
remur. Per Dominum nostrum.

Cum

Cum hi exorcismi à sacerdote orante instituuntur, orationi superiori B. Gregorii, loco illorū verborum contra (*locustarum pestem*) subiungenda, pro temporum necessitate, & occurrentia, ex indiculo qui sequitur quæ fuerint opportuna. Valent enim hi exorcismi,

audisio zihocin v 38

Contra erucam innatam, & involutam, vel aliunde aduenientem sarmentis, pampinis, & vuis, quæ erodit progerminantes, florentes, & fructificantes vineas.

Contra eruginem, & vermem depopulantem quodcumque genus mali, & aliarum arborum ne ferant fructum.

Contra teredinem, siue quodcūq. bestia

bestiæ genus corrodens ligna
mororum, ilicum, & aliarum
quarumcumque arborum.

Contra eruginem consumentem
arundines melleas.

Contra vermiculum rodentem, &
perdentem cannabum.

Contra erucam noxiam lactucis,
& vniuersis oleribus.

Contra erucam, vel quodcumque
aliud animalculum deuorans cu-
cumeris omne genus, & impe-
diens prouectum peponum, vel
malopeponum, & alios fructus.

Contra rubiginem frumentis no-
xiuam, eaq. fructibus exuentem.

Contra quamcumq. rubiginem,
erucam, eruginem, bruchum,
& quodcumq. insectorum, siue

cor-

corrosiuorum animalium ge-
nus herbis, oleribus, plantis,
fructibus, arboribus, horumq.
fructibus noxium, eosque cor-
rumpens.

Contra animalia, bestiolas, seu ver-
mes marinos, palustres, & aqua-
tiles, qui venationem piscium
impediunt.

Contra quaecumq. cete, balenas,
pisces grandiores, & minores,
piscium venationem deuoran-
tes, fugantes, impediennes, &
omne nocumenti genus pesca-
tioni importantes.

Secreta.

P Reces nostras, quaesumus do-
mine, propitiatus admitte, &
dicatum tibi sacrificiū beati
Gre-

Gregorii Pontificis deprecatio cō-
mendet. Per Dominum nostrū.

Post communio.

Oratio.

SAncti Gregorij Confessoris
tui precibus confidētes, qua-
sumus Domine, vt regnū no-
strum à peccatorū mundetur ma-
culis, & à locustarū, & corrosiuo-
rū animalium peste liberetur. Per
Dominum nostrum.

**Secunda missa sit de Concep-
tione B. Mariæ, quæ habetur in
Missali octaua die Decembris, cū
collecta sanctissimæ Trinitatis. Et
B. Gregorij Episcopi Hostiensis,
vt supra.**

**Tertia missa celebretur de Bea-
to Gregorio Episcopo Hostiensi,**

VI

vt in communi vnius Confessoris
 Pontificis, Statuit ei Dominus te-
 stamentum pacis: in qua secunda
 oratio dicatur de sanctissima Tri-
 nitate, & tertia de Beata Maria.
 Quibus finitis fiat processio, quæ
 deuote visitet terminū vbi fuerint
 locustæ, vel animalia corrosiua, &
 dicat Litanias vt in Breuiario. Vel
 processio visitec locum aliquē po-
 pulo destinatum in alijs, aut in hu-
 iusmodi necessitatibus, vel pro op-
 portunitate locorū fiat processio
 intra, vel extra Ecclesie ambitum.
 Deinde sacerdos qui missam cele-
 brauerit, seu alter indutus stola &
 pluuiali regressus ad altare, vel in-
 dutus superpelliceo & stola, ve-
 niens ad agrum, vbi sunt locustæ,
 bru-

bruchi, vel alia animalia noxia, di-
cat, *Ps.* Adiutorium nostrum in no-
mine Domini. *R.* Qui fecit celum
& terram. *V.* Domine exaudi ora-
tionem meam. *R.* Et clamor meus
ad te veniat. *V.* Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo. *O* remus.

P Reces nostras quesumus Do-
mine clementer exaudi: ut qui
iuste pro peccatis nostris af-
fligimur, & hanc vermium, (*seu*
murium, aut locustarum, vel aliorum
animalium) calamitatem patimur,
pro tui nominis gloria ab ea mise-
ricorditer liberemur: ut per poten-
tiam tuam expulsa, nulli noceant:
& hos agros, (*vineas aut aquas*) in-
tactos (*vel intactas*) dimittant: qua-
tenus quæ ex eis orta fuerint, tuæ
maie-

maiestati deseruiant, & nostræ necessitati subueniant. Per Christū Dominum nostrum. **A**men.

Oremus.

OMnipotēs sempiternæ De^o bonorum omniū auctor, & cōseruator, in cuius nomine omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: concede, vt quod de tua misericordia confisi agimus, per tuam gratiam efficacem consequatur effectum: vt scilicet hos vermes, mures, aues, locustas, aut alia animalia noxia segregando segreges, exterminando extermines: vt ab ista calamitate liberati, gratiarum actiones maiestati tuæ referamus. Per Christum Dominum nostrum.

C **O**re-

70
Oremus.

Deus, qui famulorum tuo-
rum Moyſi, & Aaronis
ministerio, ab Aegyptijs,
pro gloria nominis tui, locuſtas,
bruchos, ciniphes, aliasq. plagas, iu-
ſtitia tua in peccatores flagella a-
uertisti: à filiis quoq. Israël prohi-
buiſti: à populo in te credēte ſimi-
liter calamitates coerce: vt poten-
tiam tuam, ſimul & beneficentiam
praedicemus. Per Christum Do-
minum noſtrum.

Oremus.

Largiri, & conſeruare fru-
ctus terrae, dignare Domine
Deus noſter: vt temporali-
bus gaudeamus auxiliis, & ſpiri-
tualibus proficiamus incremētis.
Per Christum, &c. Amen.

R.

Ore-

Oremus.

O Ramus te Domine Deus
 noster, vt hos agros, aut
 vineas serenis oculis, & hi
 lari vultu respicere digneris, tuāq;
 super eos mitte bene **✠** dictionē:
 vt non grando surripiat, nō turbo
 subuertat, non vis tempestatis de-
 truncet, nō æstus exurat, non ani-
 malia noxia corrodat, neque inun-
 datio pluuiæ exterminet: sed fru-
 ctus incolumes, vberesq; vsui no-
 stro ad plenam maturitatem per-
 ducas. Per Christum. **B**enedictio
 Dei omnipotentis, Pa **✠** tris, &
 Fi **✠** lij, & Spiritus **✠** sancti descē-
 dat, & maneat super hos agros,
 aut vineas, & eorum fructus. **R.**

Amen.

C 2

ALIVS

ALIUS EXORCISMVS

contra locustas, bruchum, &
quodcūque animal cor-
rosiuum.

Sacerdos pro expellenda vastatio-
ne segetum & fructuum, accipiat
stolam cum pluuiali, & processio-
naliter præcedente cruce, accedat
ad altare, & dicat sequentem ora-
tionem.

Domine Deus omnipotens
creator & conseruator ge-
neris humani, qui in tem-
pore tribulationis peccata dimit-
tis his, qui inuocant te, & miseri-
cordiam facis, maiestatem tuam
in afflictione locustæ (*bruchus*, &
animalium corrosiuorum) exoranti-
bus aures tuæ pietatis accommo-
da

da propter nominis tui gloriam
& honorem. Per Dominum, &c.
Postea genibus flexis incipiat Sa-
cerdos Litanias clero respōdente.



K yrie eleison.

C hriste eleison.

K yrie eleison.

C hriste audi nos.

C hriste exaudi nos.

P ater de Cœlis Deus, miserere
nobis.

F ili redemptor mundi Deus, mi-
serere nobis.

S piritus sancte Deus, miserere
nobis.

S ancta Trinitas vnus Deus, mise-
rere nobis.

S ancta Maria, ora pro nobis.

C 3

S an

Sancta Dei genitrix **ora.**
Sancta Virgo Virginum **ora.**
Sancte Michaël **ora.**
Sancte Gabriel **ora.**
Sancte Raphaël **ora.**
Omnes sancti Angeli, & Archā-
geli, **orate pro nobis.**
Omnes sancti Beatorum Spiri-
tuum ordines, **orate.**
Sancte Iohannes Baptista, **ora.**
Sancte Ioseph, **ora.**
Omnes Sancti Patriarchæ, & Pro-
pheta, **orate.**
Sancte Petre **ora.**
Sancte Paule **ora.**
Sancte Andræa **ora.**
Sancte Iacobe **ora.**
Sancte Iohannes **ora.**
Sancte Thoma **ora.**
San

Sancte Iacobe ora.

Sancte Philippe ora.

Sancte Bartholomæe ora.

Sancte Matthæe ora.

Sancte Simon ora.

Sancte Thadæe ora.

Sancte Matthia ora.

Sancte Barnaba ora.

Sancte Luca ora.

Sancte Marce ora.

Omnes Sancti Apostoli, & Euā-
gelistæ orate.

Omnes Sancti Discipuli Domi-
ni, orate.

Omnes Sancti Innocentes, orate.

Sancte Stephane ora.

Sancte Laurenti ora.

Sancte Vincenti ora.

Sancte Maure ora.

San

Sancte Dionysi, ora.
Sancte Georgi ora.
Sancte Christophore ora.
Sancte Ponti ora.
Sancti Fabiane, & Sebastiane, orat.
Sancti Ioannes, & Paule, orate.
Sancti Cosma, & Damiane, orat.
Sancti Geruasi, & Protasi, orate.
Sancti Abdon, & Sennen, orate.
Omnes Sancti Martyres, orate.
Sancte Siluester ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Valeri ora.
Sancte Ludouice ora.
Sancte Ambrosi ora.
Sancte Augustine ora.
Sancte Hieronymus ora.
Sancte Martine ora.
Sancte Nicolae ora.

Omnes

Omnes sancti Pontifices, & Con-
fessores orate.

Omnes sancti Doctores, orate.

Sancte Macari ora.

Sancte Arseni ora.

Sancte Hilarion ora.

Sancte Serapion ora.

Sancte Antoni ora.

Sancte Aegidi ora.

Sancte Benedicte ora.

Sancte Bernarde ora.

Sancte Dominice ora.

Sancte Francisce ora.

Sancte Bernardine ora.

Sancte Roche ora.

Omnes sancti Monachi, & Ere-

mita, orate.

Omnes sancti Sacerdotes, & Le-

uita orate.

San-

Sancta Maria Magdalena, ora.

Sancta Agatha ora.

Sancta Lucia ora.

Sancta Agnes ora.

Sancta Cæcilia ora.

Sancta Elisabeth ora.

Sancta Catharina ora.

Sancta Anastasia ora.

Sancta Gertrudis ora.

Omnes sanctæ Virgines, & vi-
duæ, orate.

Omnes sancti, & sanctæ Dei, inter
cedite pro nobis.

Propitius esto, parce nobis Do-
mine.

Propitius esto, exaudi nos Dñe.

Ab omni malo, libera nos Do-
mine.

Ab omni peccato, liber.

Ab

- A**b ira tua, & iracundia tua, liber.
- A**bsubitanea, & improvisa morte,
te, liber.
- A**b insidiis diaboli, liber.
- A**b ira, & odio, & omni mala voluntate,
liber.
- A**bspiritu fornicationis, liber.
- A**bsfulgure, & tempestate, liber.
- A**bsmorte perpetua, liber.
- P**er mysterium sanctæ incarnationis tuæ, liber.
- P**er aduentum tuum, liber.
- P**er natiuitatem tuam, liber.
- P**er baptismum, & sanctum ieiunium tuum, liber.
- P**er Crucē, & passionē tuam, lib.
- P**er mortē & sepulturā tuam, lib.
- P**er Sanctā resurrectionē tuā, lib.
- P**er admirabilē Ascensionē tuam,
liber. **P**er

Per aduentum Spiritus sancti Pa-
racleti, liber.
In die Iudicij, libera.
Peccatores, te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas, te rog.
Vt nobis indulgeas, te rog.
Vt ad veram pœnitentiam nos per-
ducere digneris, te rog.
Vt Ecclesiam tuam sanctam rege-
re, & cōseruare digneris, te rog.
Vt domnum Apostolicū, & om-
nes Ecclesiasticos ordines in san-
cta religione conseruare digne-
ris, te rogamus audi nos.
Vt inimicos S. Ecclesiæ humilia-
re digneris, te roga.
Vt Regibus & Principibus Chri-
stianis pacem, & veram concor-
diam donare digneris, te rog.
Vt

Vt cuncto populo Christiano pa-
cem & vnitatem largiri digne-
ris. te rog.

Vt nosmetipsos in tuo sancto ser-
uitio confortare, & conseruare
digneris, te rog.

Vt mentes nostras ad cælestia de-
sideria erigas, te rog.

Vt omnibus benefactoribus no-
stris sempiterna bona retribuas,
te rogamus.

Vt animas nostras, fratrum, pro-
pinquorum, & benefactorum
nostrorum ab æterna damnatio-
ne eripias, te rog.

Vt fructus terræ dare, & conserua-
re digneris, te rog.

Vt omnibus fidelibus defunctis
requiem æternam donare digne-
ris

ris, te rogamus audi nos:

Vt nos exaudire digneris, te rog.

Fili Dei, te rogamus.

Agnus Dei, qui tollis peccata mū
di, parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mū
di, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mū
di, miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison. Pater noster. **Secr.**

V. Et ne nos inducas in tētationē.

R. Sed libera nos à malo.

Psalm. 69.

DEus in adiutorium meum
intende: Domine ad adiu-
uan-

uandum me festina.

Confundantur, & reuereantur: qui
quærunt animam meam.

Auertantur retrorsum, & erubescant,
qui volunt mihi mala.

Auertantur statim erubescentes:
qui dicunt mihi euge, euge.

Exultent, & lætetur in te omnes,
qui quærunt te: & dicant semper,
magnificetur Dominus, qui diligunt
salutare tuum.

Ego vero egenus & pauper sum:
Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus
es tu: Domine ne moreris.

Gloria Patri & Filio, &c.

V. Saluos fac seruos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

V. Esto nobis Dñe turris fortitudinis.
R. **A**

- R.** A facie inimici.
- V.** Nihil proficiat inimicus in nobis.
- R.** Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
- V.** Domine non secundum peccata nostra facias nobis.
- R.** Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.
- V.** Oremus pro Pontifice nro. **N.**
- R.** Dominus conseruet eum, & uiuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.
- V.** Oremus pro benefactoribus nostris.
- R.** Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona faciētibus propter nomen tuum vitam eterna.
- V.** Ore-

V. Oremus pro fidelib⁹ defunctis.

R. Requiem æternã dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

V. Pro fratribus nostris absentib⁹.

R. Saluos fac seruos tuos, Deus meus sperantes in te.

V. Mitte eis Domine auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eos.

V. Domine exaudi orationẽ meã.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEus cui proprium est miseri semper, & parcere, suscipe deprecationẽ nostrã: vt nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constrin-

D git,

git, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat.

EXaudi quæsumus Domine supplicum preces, & confidentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

Ineffabilem nobis Domine misericordiã tuam clementer ostende, vt simul nos, & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicatis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte.

Cle-

Clementissime Deus, cum
 sis magnus, & omnipotēs,
 & per sanctos tuos mirabi-
 lia quotidie opereris; ideo tamquā
 serui inutiles, confugiētes ad inter-
 cessionē gloriosæ Virginis Mariæ,
 genitricis Filij tui, & omnium san-
 ctorum, qui semper te Domi-
 num dominantium in throno se-
 dentem laudant, quæsumus, vt
 noxiorum tranquillitatem, & fru-
 ctuum abundantiam multiplica-
 tis intercessoribus largiaris. Per
 Dominum nostrum Iesum Chri-
 stum, &c.

Postea sacerdos dicat, quæ sequun-
 tur: vel cœptis tantum superiori-
 bus Litanis genibus flexis coram
 altari, postea dum recitantur Li-
 tanix,

D 2

tanix,

taniz, processio visret terminum;
ad quem cum peruenerit, dicat Sa-
cerdos.

Per Deum viuum & immortalē.

✠ Per Deum verum. ✠ Per Deū
sanctum ✠ præcipio vobis, vt re-
cedatis à terminis nostris, & nihil
mali faciatis. Amen.

Per mysteriū sanctæ incarnatio-
nis Iesu Christi, ac per eius nati-
uitatem præcipio vobis, vt receda-
tis à terminis, seu possessionibus
nostrorum finium, & eis nihil ma-
li faciatis. Amen.

Per hoc signū sanctæ Cru ✠ cis
Domini nostri Iesu Christi, qui
passus est pro salute nostra, & à
mortuis resurrexit, & in cælum
ascendit, & inde venturus est iu-
dicare

dicare viuos, & mortuos, & se-
culum per ignem, præcipio vo-
bis, vt recedatis à possessionibus
huius termini, & nihil mali facia-
tis. Amen.

K yrie eleison. **C** hriste eleison.

K yrie eleison. **P** ater noster. **lecr.**

V. Et ne nos inducas in tentationē.

R. Sed libera nos à malo.

V. Saluos fac Dñe fructus terræ.

R. Et de Sion tuere eos.

V. Dñe exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.


R. Et cum spiritu tuo.

O remus.

O Mnipotēs sempiternæ De-
qui precib⁹ serui tui Moy-
sæ flare fecisti vētum ab Oc-

D 3

cidenz

cidente vehemētissimum, qui arreptam locustam omnia deuorantem in agris germinantia proiecit in Mare rubrum, vt non remanserit ne vna quidem in cunctis finibus Aegypti, quoniam tu es, qui flagellas, & saluas: ita precibus populi pretioso Filii tui sanguine redempti, quæsumus, locustas, & alia noxia animalia, quæ nos infestant, fructusque terræ prohibent, corrodunt, & vastant, ad nihilum redigi, & absque eo quod agris noceant, in perditionem ire iubeas per virtutē sanctissimæ Cru  cis.

Domine sancte, Pater omnipotēs, æterne Deus, qui inimici rugiētis sæuitiā superas, & hostiles nequitias potenter expu-

expugnans, muro inexpugnabili tue
potētiae præcinge omnes fines no-
stros, & totius regni, ne locustæ, &
alia noxia animalia amplius ad eos
appropinquare possint, sed disper-
de ea in virtute dilecti Filii tui do-
mini nostri Iesu Christi, & per vir-
tutem sanctissimæ Cru⁺cis.

DEus, qui contritorum non
despicias gemitum, & mœ-
rentium non spernis affe-
ctum, quæsumus, agros, vineas, ar-
bores, segetes, & quoscumque fru-
ctus sub tua protectione custo-
dias, pluuiam super terram hanc,
quam populo tuo ad possidendum
dedisti, & imbrem matutinum &
serotinū fluere facias, vt implean-
tur aræ nostræ frumento, & tor-

D 4 cula-



cularia vino, & oleo, atque reddas
nobis annos, quos comedit locu-
sta, bruchus, vermis, rubigo, &
eruca, vt liberis tibi mentibus ser-
uire, & gratias agere valeamus. Per
Dominum nostrum, &c.

Postea Sacerdote hyssopo aquam
benedictam adspergente ad Orien-
tem, Occidentem, Septentrionē,
& Meridiem in modum Crucis,
Chorus dicat.

Vidi aquam egredientem de tem-
plo à latere dextro, Halleluia. Et
omnes ad quos peruenit aqua ista,
salui facti sunt, Halleluia, Hallel.

Deinde benedicat terminum Sa-
cerdos, & ad Orientem, Occiden-
tē, Septentrionem, & Meridiem
cōuersus, ad singulas partes dicat.

Bene-

Benedictio Dei omnipotentis Pa-
 tris, & Fi-
 lii, & Spiritus
 sancti descendat, & maneat super
 segetes, & quoscunque fructus hu-
 ius termini, & Angelus Domini
 bonus custodiat eos semper. Amē.

P R E C E S D I C E N D A E
 in Missa quando non celebratur
 propria Missa, pro exterminandis
 noxiis animalibus. Incipiat Cho-
 rus, genibus flexis. **Añā.**

Domine Deus Abraham,
 qui in tēpore tribulationis
 peccata dimittis his, qui
 inuocāt te, & misericordiam facis,
 maiestātē tuam in afflictione bru-
 chi, & locustę orantibus aures tuę
 pietatis accōmoda propter nomi-

D 5 nis

nis tui gloriam, & honorem.

Sub tuum præsidium cōfugimus
sancta Dei genitrix, nostras depre-
cationes ne despicias in necessitati-
bus, sed à periculis cunctis libera
nos semper Virgo gloriosa & bene-
dicta. Monstra te esse matrem, su-
mat per te preces, qui pro nobis na-
tus, tulit esse tuus.

V. Post partum Virgo inuiolata
permanisti.

R. Dei genitrix intercede pro no-
bis. **Deinde Sacerdos dicat.**

V. Domine non secundum pecca-
ta nostra facias nobis.

R. Neque secundum iniquitates
nostras retribuas nobis.

V. Ora pro nobis sancta Dei geni-
trix.

Ve

R. Ut digni efficiamur promissio-
nibus Christi.

V. Domine exaudi orationē meā.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Postea dicat Sacerdos vnam de tri-
bus præcedētibus orationibus, vel
omnes. **Oremus.**

Omnipotēs sempiternæ Deus, qui
precibus serui tui, &c.

Domine sancte, Pater omnipo-
tens, æternæ Deus, qui inimici ru-
gientis sæuitiam superas, &c.

Deus, qui contritorum non despi-
cis gemitum, &c.



Pro

Pro S. Pontio martyre.

DEus, tuorum corona fidelium,
beati Pontij martyris tui nobis
tribue indefessum patrocinium,
vt quem Ecclesia tua in terris ha-
buit prædicatorem, ipsum apud
te continuū sentiat intercessorem.

Secreta.

Oblatis tibi omnipotens Deus
ob honorem martyris tui Pontij
sacrificiis, propitius intende, & no-
strorum criminum indulgentiā
nobis misericors concede.

Postcommunio.

Purificent semper, & muniant
tua sacramenta nos Deus, vt inter-
cedēte beato Pontio martyre tuo,
ad portum perpetuæ salutis perdu-
cant.

Laus Deo.

Editis superiorib⁹ Exorcismis,
 & cōmemoratione sancti Pon-
 tii, quem aduocatū nouimus cō-
 tra corrosiua animalia, libuit pro deuo-
 tione populorum alias adicere comme-
 morationes Sanctorū, quos in iisdem ne-
 cessitatibus patronos plerique experti
 sunt, vt in Missis, collectæ in vnū locū
 omnes istæ commemorationes, facilius
 possint adhiberi cū suis secretis, & post
 cōmunionibus. Vel saltē extra Missa-
 rum celebrationem pro deuotione pro-
 pria quisque eligat primam singula-
 rum commemorationum orationem,
 quam loco opportuno adhibeat præce-
 dentibus orationibus Exorcismorum,
 vt multiplicatis intercessoribus, digne-
 tur Deus auertere noxia quæque ani-
 malia.

E **PRO**

PRO S. VINCENTIO

Martyre. Oratio.

A Desto Domine supplicationibus nostris : vt , qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Vincētii Martyris tui intercessionem liberemur. Per Dominū.

Secreta.

M Vneribus nostris, quæsumus Domine, precibusque susceptis, & cælestibus nos mūda mysteriis, & clementer exaudi. Per Dñm.

Post communio.

O Væsumus omnipotēs Deus, vt qui cælestia alimenta percepimus, intercedente beato Vincentio Martyre tuo, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per Dñm nostrum Iesum Christum.

PRO

PRO S. VINCENTIO

Ferrario. Oratio.

D̄eus, qui infidelium multitu-
dinem mira beati Vincentii Con-
fessoris tui prædicatione ad agni-
tionem tui nominis venire tribui-
sti: præsta, quæsumus, vt, quem ven-
turum iudicem nūciauit in terris,
remuneratorē habere mereamur
in cælis Dominum nostrū Iesum
Christum Filium tuum, qui tecū.

Secreta.

A ccepta sit tibi, quæsumus Do-
mine, humilitatis nostræ oblatio:
& sancti tui Vincentii patroci-
nio sempiternam nobis salutem
conciliet. Per Dominum.

Post communio.

Sumptis Domine sacris myste-
riis,
E 2 riis,

riis, quæsumus, vt intercedēte bea-
to Vincentio Confessore tuo, &
pura tibi mente seruiamus, & ad
vitam perueniamus æternam. Per
Dominum.

PRO S. LVDOVICO

Episcopo.

EXaudi, quæsumus Dñe, preces
nostras: quas in beati Ludouici
Confessoris tui, atque Pontificis
solemnitate deferimus: & qui tibi
digne meruit famulari, eius inter-
cedentibus meritis, ab omnibus
nos absolue peccatis. Per Dominū
nostrum.

Secreta.

SAncti Ludouici Confessoris
tui, atq. Pontificis, quæsumus Do-
mine,

mine, annua solemnitas pietati tue
 nos reddat acceptos: vt per hæc piæ
 placationis officia, & illum beata
 retributio comitetur, & nobis gra
 tiæ tuæ dona conciliet. Per Dñm.

Post communio.

DEus fideiũ remunerator ani
 marum, præsta: vt beati Ludouici
 Confessoris tui, atque Pontificis;
 cuius venerandam celebramus fe
 stiuitatem, precibus eius indulgen
 tiam cõsequamur. Per Dñm, &c.

PRO S. MAURO

Mart. Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens
 Deus, vt qui beati Mauri Marty
 ris tui natalitia colimus: inter
 cessione eius in tui nominis amo

E 3 re

re roboremur. Per Dominum nostrum.

Secreta.

M Vneribus nostris, quaesumus Domine, precibusque susceptis: & caelestibus nos munda mysteriis, & clementer exaudi. Per Dominum nostrum.

Post communitio.

DA, quaesumus Domine Deus noster: vt sicut tuorum commemoratione Sanctorum temporali gratulamur officio, ita perpetuo laetemur aspectu. Per Dominum.

PRO S. VALERIO

Episc. Oratio.

EXaudi, quaesumus Domine, preces nostras: quas in beati Valerii
Con-

Confessoris tui, atque Pontificis
solemnitate deferimus: & qui tibi
digne meruit famulari, eius inter-
cedentibus meritis, ab omnibus
nos absolue peccatis. Per Domi-
num nostrum.

Secreta.

Sancti Valerii Confessoris tui,
atque Pontificis, quaesumus Do-
mine, annua solemnitas pietati tuae
nos reddat acceptos: ut per haec pia
placationis officia, & illum beata
retributio comitetur, & nobis gra-
tiae tuae dona conciliet. Per Domi-
num nostrum.

Post communio.

Deus fidelium remunerator ani-
marum, praesta ut beati Valerii
Confessoris tui, atque Pontificis,
E 4 cuius

cuius venerandam celebramus fe-
stiuitatem, precibus eius indulgē-
tiam cōsequamur. Per Dñm, &c.

PRO S. DIONYSIO

Mart. Oratio.

DEus, qui beatum Dionysium
Martyrē tuum, atque Pōtificem,
virtute constantiæ in passione ro-
borasti: tribue nobis, quæsumus,
eius imitatione pro amore tuo
prospera mūdi despicerē, & nulla
eius aduersa formidare. Per Dñm.

Secreta.

Oblata tibi Dñe, munera popu-
li tui, pro tui honore sancti Mar-
tyris Dionysii, suscipe propitius,
quæsumus: & eius nos intercessio-
ne sanctifica. Per Dominum.

Post

Postcommunio.

Sumptis Domine, Sacramentis,
quæsumus: vt intercedente beato
Martyre tuo Dionysio, ad Redē-
ptionis æternæ proficiamus aug-
mentum. Per Dominum.

PRO S. GEORGIO

Mart. Oratio.

Deus, qui nos beati Georgii mar-
tyris tui meritis, & intercessione
iustificas: concede propitius: vt, qui
tua per eum beneficia poscimus,
dono tuæ gratiæ cōsequamur. Per
Dominum.

Secreta.

MVnera Domine, oblata san-
ctifica: & intercedēte beato Geor-
gio Martyre tuo, nos per hęc à pec-
cato-

E 5

cato-

catorum nostrorū maculis emun-
da. Per Dominum nostrum.

Post communitio.

SVpplices te rogamus; omnipo-
tens Deus: vt, quos tuis reficis Sa-
cramentis: intercedēte beato Geor-
gio Martyre tuo, tibi etiam placi-
tis moribus dignanter tribuas de-
feruire. Per Dominum nostrum
Iesum Christum.

PRO SS. ABDON, ET

Sennen. Oratio.

DEus, qui sanctis tuis Abdon,
& Sennen ad hanc gloriam veniē-
di copiosum munus gratiæ cōtu-
listi: da famulis tuis suorum ve-
niam peccatorū: vt Sanctorū tuo-
rum intercedentibus meritis, ab
omni-

omnibus mereatur aduersitatibus
liberari. Per Dominum.

Secreta.

HAec Hostia, quaesumus Dñe,
quam in Sanctorum Martyrum
tuorum natalitiis recensentes offe-
rimus, & vincula nostrae prauita-
tis absoluat, & tuae nobis misericor-
diae dona conciliet. Per Dominum.

Post communio.

Per huius Domine, operationem
mysterii, & vitia nostra purgetur,
& intercedentibus Sanctis tuis Ab-
don, & Sennen iusta desideria com-
pleantur. Per Dominum.

PRO S. ANTONIO

de Padua. Oratio.

ECclesiam tuam, Deus beati An-
tonii

tonii Cōfessoris tui solēnitas voti-
ua lætificet, vt spiritualibus semper
muniatur auxiliis, & gaudiis per-
frui mereatur æternis. Per Dñm.

Secreta.

PRæsens oblatio fiat Dñe, popu-
lo tuo salutaris: pro quo dignatus
es Patri tuo te viuentem hostiam
immolare. Qui viuis.

Post communio.

Diuinis, Domine, muneribus sa-
tiatedi: quæsumus, vt beati Antonii
Confessoris tui meritis gloriosis,
salutaris victimæ, desideratum sen-
tiamus effectū. Per Dñm nostrū.

PRO S. BERNARDI.

no. Oratio.

Adesto Domine supplicationi-
bus

bus nostris, quas in beati Bernardi-
ni Cōfessoris tui solēnitare deferi-
mus: vt, qui nostræ iustitiæ fiducia
nō habemus, eius, qui tibi placuit,
precibus adiuuemur. Per Dñm.

Secreta.

PRæsta nobis, quæsumus omni-
potēs Deus: vt nostræ humilitatis
oblatio, & pro tuorum tibi grata
sit honore Sāctorum, & nos cor-
pore pariter & mēte purificet. Per
Dominum nostrum.

Post communio.

Quæsumus, omnipotens Deus:
vt, qui cælestia alimenta percep-
imus, intercedēte beato Bernardi-
no Confessore tuo, per hæc contra
omnia aduersa muniamur. Per
Dominum nostrum.

PRO

PRO S. GERTRUDE

Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beate Gertrudis Virginis tuæ festiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Secreta.

Accepta tibi sit Domine, sacra-
tæ plebis oblatio pro tuorum ho-
nore Sanctorum: quorum se me-
ritis de tribulatione percepisse co-
gnoscit auxilium. Per Dominum.

Postcommunio.

Satiasti Domine familiam tuã
muneribus sacris: eius quæsumus,
semper interuentione nos refoue,
cuius solemnia celebramus. Per
Dominum nostrum.

PRO

PRO OMNIBVS

Sanctis. Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus; qui nos omnium Sanctorum tuorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari: quaesumus, vt desideratam nobis tuae propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

Secreta.

MVnera tibi, Domine, nostrae deuotionis offerimus: quae & pro cunctorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

Post

Post communió.

DA; quæsumus Domine, fidelibus populis, omnium Sanctorum tuorum semper veneratione lætari, & eorum perpetua supplicatione muniri. Per Dominum nostrum.

Laus Deo.

ESTAMPAT EN LA

insigne ciutat de Valencia, en casa de Pere Patricio Mey, a instancia de Francisco March Syndich de aquella, per lo benefici comu.

Any M. DC. VII.



12

[Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]

Universitat de
Biblioteca

Y-1
8

at de Va
eca Histò
-18
86

EXORCISMI CONTRA LOCUSTAS, & animalia corrosiua.

Editi auctoritate Illustriss. & Excellentiss.
D. D.



VALENTIAE,
Apud Petrum Patricium. 1607.